hominem ad malum.

147. Plurimae sunt virtutes morales, quae tamen ad quatuor principes, quae cardinales dictae sunt, reduci possunt: videlicet, Prudentiam, Iustitiam fortitudinem et temperantiam quarum deffinitiones, divisiones, et vitia eis opposita proferam.

148. Virtutum semina nobis a natura insunt; sed actus ipsi habitus ipsi, iteratis actibus producuntur.

149. Lex est: ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo qui praeest communitati promulgata.

150. Lex altera est naturalis, et positiva altera: primaria illius praecepta immutabilia sunt, secundaria vero possunt a Deo mutari.

151. Legi naturali suicidium repugnat, proinde fortitudinis actus esse nequit, sed furoris, et ignariae.

152. Iudex tenetur iudicare secundum allegata, et approbata.

153. Virtutes morales in statu perfecto connexae sunt; minime vero in statu imperfecto.

154. Non alienum ab hac scientia putamus matres admonere, ut infantes proprio lacte nutriant, nec alienis uberibus eos alendos amandent, ne vinculum illud, coagulumque animi, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindant.

Hactenus Theses D. L. quas pro litterarum lusionibus